MERITIS INTRARE LICEBIT.

DISSERTATIO INAUGURALIS
PHYSIOLOGICO-MEDICA.
DE
FABRICA ET USU
PANCREATIS.

QUAM,
ANNUENTE DEO TER OPTIMO MAXIMO,
Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,

D. GERLACI SCHELTINGA,
J. U, D. ET JURIS CIVILIS IN ACAD. LUGD. BAT.
PROFESSORIS ORDINARII,
NEC NON
Ampliſſimi SENATUS ACADEMICI *Conſenſu,*
& Nobiliſſimae FACULTATIS MEDICÆ *Decreto,*
PRO GRADU DOCTORATUS,
Summisque in MEDICINA Honoribus &
Privilegiis, ritè ac legitimè conſequendis,
Eruditorum Examini ſubmittit,

PHILIPPUS D'ORVILLE, Hamburgenſis.

Ad diem XV. *Aprilis* 1745. *hora locoque ſolitis.*



VIRO

INTEGERRIMO

D. JOANNI JACOBO D'ORVILLE.

MERCATORI HAMBURGENSI SPECTATISSIMO, PATRI SUO, OMNI PIETATE AC REVERENTIA ÆTERNUM COMPLECTENDO.

UT ET

VIRO

AMPLISSIMO, CELEBERRIMOQUE

D. JACOBO PHILIPPO D'ORVILLE.

PROFESSORI IN ILLUSTRI ATHENÆO AMSTELODAMENSI PRIMARIO, COGNATO SUO, SINGULARI OBSERVANTIÆ CULTU SEMPER PROSEQUENDO.

NEC NON

VIRIS

ET MUNERIS DIGNITATE, ET ERUDITIONIS GLORIA CONSPICUIS, GRAVISSIMISQUE.

D. BERNARDO SIEGFRIEDO ALBINO,

MED. DOCTOR. ANAT. CHIRURG. PROFESS. ORDIN. COLLEG. CHIRURG. PRÆSIDI. PROMOTORI SUO ÆSTUMATISSIMO.

D. ADRIANO VAN ROYEN,

MED. DOCT. EJUSDEMQUE FACULT. NEC NON BOTANIC. ET COLLEG. PRACT. PROFESS. ORDIN. COLLEG. PHARMAC. PRÆSIDI. REG. SOCIET. LONDIN. MEMBRO. H. T. DECANO.

D. HIERONYMO DAVIDI GAUBIO,

MED. DOCT. EJUSDEM AC CHEMIÆ ET COLLEG. PRACTICO - MEDICI PROFESS. ORDINARIO.

D.

D. PETRO VAN MUSSCHEN-
BROEK,

A. L. M. PHILOS. ET MED. DOCT. ILLIUSQUE FACULT. UT ET MATHES. AC COLLEGII PHYSICI EXPERIMENT. PROFESS. PUBLIC. ET ORDIN. VARIARUM ACADEMIARUM REGIARUM, QUIBUS A SCIENTIIS NOMEN EST, SOCIO.

D. FRANCISCO VAN OUDEN-
DORP,

HISTORIARUM, ET ELOQUENTIAE PROF. ORDIN.

PRÆCEPTORIBUS SUIS FAUTORIBUSQUE, ÆTATEM SUSPICIENDIS.

Hanc Diſſertationem Inauguralem
Sacram facere voluit,

AUCTOR.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHYSIOLOGICO-MEDICA

DE

PANCREATIS

Fabrica atque Uſu.

§. I.

Syſtema praeſigne Glanduloſum, in opere nullo Naturæ humanæ, tanta eminet virtute atque uſu; quam in Chylificatione. Nemo, hujus inveſtigaturus cauſas, renuet, illud ex his merito annumerare primis. Omnes mirabili eo intendunt conſenſione, ut ingeſtorum tenacitates ac cruditates ita ſubigant, quo tandem in ſanguinis emolumentum cedere queant. Liquidum vero hoc vitale, hujuſque functiones iis ſaltem ſuſtentantur, quæ ſimilem ipſi gratam ſuſcipere indolem, non gravan-

vantur. Hæc, in univerſum ſpectata, omnibus effectibus naturalibus ſeſe nobis prodit, & maxima blanditie ſua, & juſta fluiditate. Dotes hæ ſanguinis pereximiæ, quæ ab æqua principiorum ſuorum miſtione, forma, mutuaque proportione, referuntur, in primis Coctionum officinis, Chylo, noviter perficiundo, ingenerari debent. Hic ea ex parte ſua, quæ ab eſculentis potulentiſve conſtituuntur, tanquam mole, per ſe indigeſta, a Facultate modo Digeſtrice Corporis humani, cuique propria, egregie peragitur. Ea ſe praeſtat actuoſam per ejuſmodi inſtrumenta, quæ ſine ullo motu hoſtili, & impetuoſo fervore operantia, potiſſimam efficaciam ſuam ab humoribus recipiunt, numeris jam jam omnibus abſolutis, blandiſſimis, maxime aquoſis, aſſumtiſque mitigandis copioſe affluentibus, ita ut leni horum maceratione ac diſſolutione, nec quemadmodum communis aqua in calce viva & Aqua fortis in Metallis facit, agere concipiantur. (α) Horum uberrimi fontes, in toto tractu oris, Oeſophagi, Ventriculi, Inteſtinorum tenuium, & Meſenterii, (β) ubique locati diſſeminatique, cernuntur. Inter principes ex iis pendendas eſſe Glandularum ſcaturigines, nullus Phyſiologorum inficiari poterit, qui ſerio multitudinem, magnitudinemque perluſtrat Salivalium, tam Conglobatarum, quam Conglomeratarum, quæ memorata colunt loca, atque ante quarum oſtia, ſemper ſtillantia, vel per earundem ſubſtantiam, Chylus perenni curſu delabitur. Maxima ex iis atque celebratiſſima, tum uſu ſuo, tum multis, in quas priori Seculo medio vocata fuit, diſceptationibus, PANCREAS ſcilicet, electam Diſſertationis hujus offeret materiem, quam B. L. ut juvenilium ſtudiorum ſpecimen, novis minime exornatum animadverſionibus, ſed pro virium exilitate elaboratum, ſingulari reſpiciat humanitate, maximopere rogo.

§. II.

(α) Renat. Carteſ. Tract. de homine pſ. 1. §. 3.
(β) J. C. Brunneri Exper. nova circa Pancr. & Diatrib. de Lympha &c. cap. 1.

§. II.

Ambigua Pancreatis ſignificatio geminaque, ab Anatomicis allata recentioribus, in principio curioſe dignoſcatur, eſt neceſſe. Prima vetuſtior, jam cognita Veteribus, (α) eique tribuenda viſceri, hic perquirendo, ab altera Aſelii, in hac forte hallucinati (β) cognomine recepta, at rectius Glandula Meſenterii maxima nuncupata (γ) mirifice diſſidet, (δ) tam exiſtentia ſua, forma, ac ſitu, quam functione. Poſterior enim hæc, ex quadrupedibus quibuſdam animalibus (ε) ad Corpus humanum temere tranſcripta, in hoc, niſi ſpecie quadam, ſenſus fallente, in viſum incidit. Nam ipſa in brutis iis, ut Ovibus, Canibus &c. (ζ) agmen quoddam conſpicuum Glandularum Conglobatarum, ſubtili contextu fibroſo ſtrictius nexarum, & ſæpe in plures parvulas, manifeſto diſſitas intervallo, diviſarum, (η) multiſque affluentibus venis Lacteis, undique appellentibus, exhibet, ad ortum Meſenterii, (θ) vel potius ad excurſum Peritonaei ex lumbis ſuperioribus collocatum, notabilis ſaltem craſſitei coloriſque albicantioris. (ι) In denſum hoc corpus congregatæ, ibi omnes fere Meſentericæ videntur Glandulæ, ita ut ab his totus Meſeraei campus plane vacuus evaſeſerit, illiuſque magnitudo reliquarum paucitatem, vel defectum, optime ſarciat. Verum ejuſmodi maſſa glandulosa, compacta, eo

(α) Galenus de uſu partium L V. C. 11. Laurenbergius in εἰσαγωγὴ ἀνατομικὴ, cap. XIII p. 13.
(β) Warthon Adenograph. Cap. VIII.
(γ) Theoph. Bonet. Polyalthes L. V. C. 37 p. 706. Deuſingii, Idea Fabricæ Corp hum. Cap. III. § 26. Warthon L cit.
(δ) Peyeri Exercit. II. de Gland. inteſt. p. 9.
(ε) Ruyſch. Adv. anat. dec. II. p. 45.
(ζ) Idem. L. cit.
(η) J. Pecqueti Exp. nov anat. C. V.
(θ) Deuſing L. c. Bonet. L. c.
(ι) Bonet. L. c. Deuſing L. c.

eo loci in nobis reperiunda nunquam, (κ) ea ſaltem ſede diffuſa quædam & irregulari nexu ſociata, Conglobatarum major minorve congeries conſpicitur, altius adhuc latiuſque Meſenterio immerſa, quam ſingulari præ aliis inſignire nomine haud convenit. Adeo ut re bene indagata, ſolitarium ſaltem Pancreas in homine obtineat, geminumque in Corporibus brutis; ſi utriuſque diſcrimen, ab officio, ſinguli ſtatuendum, exque tranſitu (λ) vaſorum Lacteorum copioſiſſimo, facile internoſcendum, in Oeconomia animali ſtudioſe advertatur. Qua eadem de cauſa, fuſius hic nondum diſpicienda, præter poſitus, molis ac figuræ diſcrepantiam, facile dijudicandam, (§. V.) in brutis corpus glanduloſum, poſterius memoratum, inferiuſque tam loco (μ) quam nobilitate, à priori vero & proprie ſic dicto Pancreate perſpicue ſecernitur. Qui vero hoc carneum (ν) vocandum ab illo nomine corporis glanduloſi tantum interſtinguere arbitrantur, notioni diſtinctionis haud perſpicuæ inhærent, quod utriuſque ſtructura, ex Glandularum majori minorive ſimplicium coagmentatione confecta, eandem ſpeciem carnis, laxitate ac copia ſaltem diverſam, ſpectantibus objicit.

§. III.

Propria ac princeps conſiderandae nobis Glandulæ (§. II.) appellatio, ab Antiquis ipſi indita, (§. cit.) notiſſima Pancreatis voce venire ſolet. Hæc, græcæ originis ſuæ vi, totum carnoſum innuit, quod ſpectabilis ipſius ſubſtantia externa, omnino præfert. Mollis enim hæc, humida, leviterque compacta, cum colore ſuo naturali præcipuam carnis imaginem Veteribus præbuit, licet ſimul clare deſtinctam à natura eadem muſculoſæ compagis, Viſcerum, aliarumque Membranarum, quibus ſingulis ſingulares etiam

(κ) Ruyſch. Adv. Anat. dec. II. p. 45. Verheyen. Tract. II Cap. XII.
(λ) Warth. Adenog. Cap. VIII.
(μ) Deuſing ibid. Bonet. ibid.
(ν) Bonet. L. C.

iam carnium ſpecies aſſertæ fuerunt. Quod ſi vero, ut jam uſu quidem invaluit, rejectis aliis, ſola ex iis teneatur muſculoſa; ex hujus denſitate, fibrarum inceſſu, poſitu, colore, ac agendi ratione, primo patet intuitu, quantum inter hanc glanduloſamque interſit. Jucunda hujus in Pancreate facies, roſeo candore ſuo blandiente, (α) poſterioribus arridente Anatomicis (β) ac gratiſſimo eſu (γ) commendabile, apud hos *Callicratis* (δ) nomen meruit. Quæcunque hæc imaginationum ſint oblectamenta; color ipſi naturalis ex pallido leviter rubellus apparet, (ε) qui aliis concreti inſtar Chyli (ζ) vel leviſſimæ ſanguinis tincturæ (η) ſimilis videtur. Verum tamen hic in aliis aliiſque Corporibus haud raro ſibi diſpar, (θ) a cauſis pendet valde mutabilibus, ab humorum naturalium varia diatheſi, vaſorumque, quæ iis rigantur, majori minorive teneritudine ac laxitate, totiuſque molis diverſa firmitate. Manifeſta inde evadit ratio, cur in ſanguineis, (ι) plethoricis, junioribuſque, Pancreas intenſiori niteat rubedine, quam in exſuccis, ſtrigoſiſque ſenibus, quibus inducta rigiditate in partibus ſolidis, ac inertia in fluidis, omnis color pervertitur vitalis, potiſſimumque teneriora Glandularum corpora extenuantur, abſumunturque, ut tandem in totum aboleantur. Procul dubio etiam in variis animalibus notabile hic diſcrimen obvenit; uti inter alia de Canibus conſtat, quibus Pancreas magis rubere obſervatur, quam Hominibus; (κ) cum contra in piſcibus

(α) B. Swalve Pancreas Pancrene p 25.
(β) Veſling. Syntag. anat. c. IV.
(γ) Gorræi Definit. Medic in voce παγκρέας.
(δ) Veſal. L. v. Barthol. Anat. Cap 13. Deuſing. L. C.
(ε) Verheyen Tract II. Cap. XV.
(ζ) Marchet. Anat. Cap. VIII. de fœtu humano
(η) Carol. Muſitan. de Vulneribus Cap. LX. Warthon. Adenog. Cap. XIII. Graaf. de Succo Pancr. Cap. I. p. II.
(θ) Nuck Adenograph. Curioſ. Cap. 2. p. 37.
(ι) Veſling. Syntagm. anat Cap. IV.
(κ) Highmor. Diſquiſ. anat L. I. pſ. II. Cap. VIII Riolan. Anthrop. L. 2. Cap. XVI. Verheyen Tract. II. Cap. XV.

cibus inſignius candeat. Quibus ex mutationibus, haud obſcuris, perſpicitur, quare inter alia cognomenta *Lactis* (λ) quoque acceſſerit: quod tamen Naturæ magis convenienter Pancreati Aſelliano adjungendum. (§. II.) Reliquæ quidem Glandulæ ſalivales ad flavedinem potius vergunt, concretæ pinguedini concolorem, in ſanis modo leviſſimo interſperſam rubore. Verum ſubtilior iis in univerſum adornata fuit fabrica, tenuiorque textura vaſculoſa, Aëris, partiumque externarum preſſioni continuæ, ac attritioni latiori ſuperficie oppoſita. Præterea, quemadmodum a materie ſua hujuſque colore, ſic etiam a ſede, quam tenet Pancreas, quibuſdam Ventriculi Pulvinar (μ) appellitari ſolet, quatenus molliter ipſi ſubſtratum, lenem ſimul incubitum concedere videtur. At agnomen hoc ſingulari ſaltem annuere ſenſu oportet, nimirum cum ſupino cubitu hominis, cadaveriſve ſupra tabulam anatomicam exporrecti jacentis, Viſcerum Abdominalium ſitus de communi more ſpectatur. Contra ea erecto corpore, Ventriculus magis ſuſpenſus, viciniſque comprehenſus partibus atque ſuſtentus, Pancreati non ſubnititur, ſed parte ſolum quadam ſui, mox curatius definienda, ei aſſidere & cohærere, dici debet. Quid? quod in brutis, prono corpore incedentibus, ejuſmodi ſubſtentaculi uſus plane abſit, Pancreaſque Ventriculo magis ſuperjaceat. (ν) Hic ergo ab apparente illius collocatione ſpecioſe accerſitus, ſi quis habeatur, tanquam contingens, & ut in ſcholis dicunt, relativus eſt cenſendus, qui proprio, illius veram reſpicienti functionem, nobilitate longe concedit.

§. IV.

(λ) Columb. L. 11. Anat. Cap. 6. Veſling. Syntagm. anat. Cap. IV.
(μ) Riolan. Anthrop. L. 2. Cap. XIV. Veſal. L. V. Cap. IV. p 423
(ν) Falloppius Obſerv. anat. p. 744. Malpigh. opera poſthuma differt. Epiſtol Riolan. L. cit.

§. IV.

Inciſo ad limbum Ventriculi imum anteriori Omenti folio, parumque ab eo retracto, cum Inteſtino Colo præterlabente, ad conſpectum pervenit *Pancreas*, in ſitu ſuo curate luſtrandum. Hoc ſub eo viſcere proxime latitans, liberum, e regione ſiniſtra Abdominis ſuperioris, longo tractu parumque declivi verſus dextrum protenditur. Oppoſitis his e locis, a Lienis inferiori ſede vel crepidine, (α) ſub concava Hepatis, (β) juxta ſuperiorem ac poſticam Ventriculi, (γ) ad flexum inteſtini Duodeni, (δ) ab hoc deorſum introrſumque pertinet, ita, ut circa Lumborum ſummitatem, vel Vertebram ſupremam, (ε) ante ſpinam dorſalem, maxime, deductum a primis finibus ſuis, transverſum curſum ſequatur, (ζ) intra ſiniſtrum Hypochondrium (η) deſcriptum. Tota fere hac productione ſua Stomachi amplitudini ſubjecta ac longitudini præcipuæ, ab eo obtegitur, hujuſque vim proxime excipit. Longiſſimæ inſimul Pancreatis parti ad Duodeni contactum, vel parum ante, a Jejuni principio ab inferiori ſurſum allata, altera (θ) minor breviorve, anguloſa quaſi via advenit, prioris Inteſtini inſigni curvaturae, a prima ipſius ad deſcenſum reflexione, (ι) ad notabilem adjecta altitudinem

(α) Warthon. Aden. Cap. XIII.
(β) Barth. Anar. L. I Cap XIII. Winſlow. Expoſition anatomique Traite du Bas-Ventre. p. 384. Deuſing L. cit. Riolan. L. C.
(γ) Highmor Diſq anat. L. I pſ II. Cap. VIII.
(δ) Highmor. ibid.
(ε) Deuſing. L. cit.
(ζ) B. Swalve p 24
(η) R. de Graaf de Succo Pancr. Cap. I. p. 10.
(θ) Winſlow. Expoſ. anat. Traite du Bas-Ventre. p. 384. Riolan. L. c. Euſtach. Tab. x. fig. 3.
(ι) Euſtach. Tab. x. Fig. 3.

nem, aliquot uncias æquantem (κ). Hæc acceſſoria prioris, in hunc appendicem ima ora ſua excreſcentis (λ) quaſi elongatio, cum hac citius tardiusve in unam confluens extremitatem craſſiorem, habituque congruens externo, *parvum* nuncupatur *Pancreas*, vel inferior portio ejus, in Homine præprimis, nec non in Canibus, aliisque animalibus paucioribus conſpecta, (μ) major minorve, ut Lobuli leve quoddam rudimentum in nobis referat. (ν)

§. V.

Situs Pancreatis delineatus (§. IV.) generalem hujus figuram, ſatis conſpicuam, Naturæque maxime accommodatam, ſine prævia illius perluſtratione, liquido jam præmonſtrat. Illud enim cum natum duobus cruribus altero longiori, altero breviori, (§. IV.) conjunctis, transverſim illo a latere ſuperiori exporrigatur, & hoc ab inferiori adſcendat; non ineleganter Ferri Equini ſpeciem, vel Semilunæ, (α) reddit; licet ob illorum inæqualitatem non omnibus plane perfectam partibus. Quod autem minoris appendicis memorati deficitur acceſſu, uti variis in brutis, vel ſine hoc, ex incuria prætervisſo depingitur, ſimilitudinem quandam Linguæ caninæ (β) præ ſe gerit, a quamplurimis ipſi adſcriptam Auctoribus. Hac mente cum oblongum, ſimplex, integrum, quandoque bifurcatum, vel diverſas recipiens Lancinationes. (γ) planum vel depreſſum Corpus Pancreas vulgo in plerisqne Anatomicorum

(κ) Haller. in prælect. Acad. pſ. 1. p 450 N. 1.
(λ) Morgagn. Epiſt. anat. 1. §. 30.
(μ) G. Blaſii obſerv. med obſ 14. Winſlow. ibid §. 324. R. de Graaf p. xi. Highmor. Diſq. anat. L. 1. pſ 11. p. 45. Tab IV Fig. 1
(ν) Morgagn. Epiſt. anat. 1. §. 30.
(α) Higm. Diſq. anat. L. 1. pſ. 11. p. 42.
(β) Winſlow. §. 384. Verheyen. Tract. 2. Cap. xv. Malpigh. Cap III. de Hepate. Heiſt. Comp. anat. p 87.
(γ) Malpigh. L. cit.

corum (δ) tabulis repræſentet, deſcribaturque; mucro illius rotunda extenuatus ad Lienem ora, verſus Duodenum lateſcens ſenſim, in baſin, vel radicem abit craſſiorem, illi applicatam. Quod ſi vero ſeorſim animo proponatur ſingularis binorum crurum figuratio; ambo longiora quam ampliora, diverſis extuberationibus deprehenduntur, præprimis maximum, cujus longitudo præcipue ſpectabilis, communique more menſurata quibuſdam quatuor, (ε) quinque, (ζ) vel ſeptem, (η) ſex in gallo, (θ) & ab aliis octo (ι) novem vel decem digitorum transverſorum putatur, (κ) diſcrepante etiam latitudine in decurſu ſuo, duorum dimidiique vel circiter trium (λ) ſuppoſita. Ejus quod attinet craſſitiem; hæc plerumque ad unum (μ) delata, nunquam niſi in caſu præternaturali obſervata tres quatuorve (ν) adæquat. Cunctis hiſce numeris, ſimul reputatis, tota Pancreatis maſſa, ad trutinam revocata, pondere ſuo tres, (ξ) quatuor, aut quinque, in morbis notata decem & dimidium, (ο) vel ut in Equo deprehenſum, undecim uncias obtinet. (π) In omnibus hiſce modo ſupputationibus quam diverſa ducta fuerit ratio, atque norma, nemo non levi opera aſſequitur.

Nec

(δ) Veſling. Syntag. anat. Tab. II. Cap. VIII. p. 128. Verheyen. Tab. XI. Fig. I. Palfyn. Heelkonſtige ontleeding Tab. XI. Fig. I. Warthon. Adenog. p. 52.

(ε) Deuſing. p. 72. R. de Graaf. p. 12.

(ζ) Warth. L. C.

(η) Barth. Anat. L. I. Cap. XIII. Muſitan. Tom. 3. Cap. LX. p. 337.

(θ) Warthon. p 71.

(ι) Heiſt. L. C.

(κ) Heiſt. eod. L Warthon. p. 71. Muſitan. L. cit. Vieuſſ. Syſt. nov. Vaſor. Corp. hum. p. 210.

(λ) Vieuſſen. p. 210.

(μ) Muſitan. L. C. de Graaf. p. 10. Vieuſſenſ. L. c. Veſling. L. cit.

(ν) Piccolhomius in prælect.

(ξ) Heiſter. p. 87.

(ο) Vieuſſenſ. p. 214.

(π) Warth. p. 72. de Graaf. p. 12.

Nec profecto certior immutabiliorque ab ullo reddi poſſe videtur, quoniam Glandularum incrementum, decrementum ac incredibiles degenerationes, in vario ætatis ſtatu, atque obeſitatis (ρ) (§. III.) tam manifeſta compertaque habentur, ut hæc adeo in nullis fere partibus aliis animadvertantur.

§. VI.

Variis, quibus interjacet viſceribus Pancreas, ſatis firmis emiſſisque ab omni regione vinculis, connectitur, a ſuperiori latiſſima, qua pone Ventriculum excurrit, huic, ampliſſima præ ceteris ſuperficie, accreſcit textura quadam fibroſa, ex omni ejus quaſi puncto enaſcente, tunicæque illius externæ inſerta, ſalva mobilitate mutua, in cadaveribus experiunda. Singularis hicce nexus, ceteroquin intellectui paulo obſcurior, ut clarius cognoſcatur; notare oportet, Pancreas undique tenui quadam intercipi Membrana, (α) quæ ex Lumborum vicinitate latius protracta, Peritonæi vera (β) propago, nomine Meſocoli, ſe ad Inteſtina Craſſa pandit, circumvoluta poſtea hiſce; uti Meſenterium Inteſtinis Tenuibus. Illa dum alte ad Ventriculi confinia producitur verſus Pancreas, ſubtilior ſenſim ampliorque reddita, una continuatione totum illud cum Duodeno complectens (γ) inter ſuam recipit duplicaturam, monſtrante Anatome. Ex cujus involucri ambitu externo, copioſiſſimæ emanantes fibræ teneræque proximis Ventriculi lateribus ſe inſinuant, cohæſionemque debitam inter ſe conſtituunt. A parte ſiniſtra extrema Pancreas ope ſingularis Omenti (δ) portionis, firmioris denſioriſque, circa mediam fiſſuram,

(ρ) Veſling. Cap. IV. Ruyſch. Adverſ. anat. dec. 3. p. 24. de Meſenterio.

(α) Vieuſſenſ. p. 213.

(β) De Graaf. p. 10. Winſlow. Traite du Bas Ventre §. 320. Heiſt. Comp. anat. p. 87. Marchette. Cap. IV.

(γ) Haller prælect. Acad. p. 451.

(δ) Veſal. Lib. V. Fig. 19 Winſlow. §. 320.

ram, qua appropinquantia vaſa in Lienem demerguntur, huic alligatur, & quidem pro majori minorive longitudine ſua, proximius vel remotius, vario Naturæ diſcrimine, cui ſemper intervenientis vinculi protractior ſtrictiorve elongatio affabre reſpondet. In hujus porro loci vicinio cum Renis proximi membrana adipoſa nexus Pancreatis intercedit, qui tamen non in omnibus pari ratione conſpectui datur. Artificioſa dein ejus conjunctio cum Inteſtino Duodeno, præprimis neceſſaria, non ſimplici ejus appoſitione, ſed mutua membranarum in ſe invicem propagatione formari ſolet, ita ut utriuſque ſuperficies continua obducantur membrana, non ſine lacerationis vi diſcernenda. (ɛ) Poſtica demum ſede ſua firmatur Pancreas membranæ interventu celluloſæ, laxioris, confinibus muſculoſis partibus tendinoſisque increſcentis. Si quis has inter adhæſiones ejus multiplices etiam recenſuerit, quæ a tranſitu vaſorum naſcuntur; facile apparet, hic reſpici debere ad arterioſa ac venoſa perinſignia, quæ ex Meſenterio ac Liene ad Hepar, illumque contendentia, juxta oram Pancreatis poſteriorem inferioremque ſolemni curſu alte ducuntur. Quibus modo rite intellectis; haud ægre judicatur, quo jure Pancreas Omenti poſteriori Lamellæ inſertum aſſeri queat. Qui minutas ejus ſectari cupiunt aberrantes portiones, tanquam tot origines, quæ a Ventriculo ad Lienem, Hepar, Inteſtinum Duodenum, aliaſque ſparguntur partes, omniumque continuationes ſubtili ingenio, nec diſtinctam Meſocoli expanſionem a dicta Reticuli ala dignoſcere; iis aſſenſio quidem omnis negari nequit, quæ tamen abſque dubio a clariori Peritonæi doctrina haud parum abeſſe videtur. Hæc ortum Meſocoli alienum plane & admodum diſcrepantem ab Omenti proprii principiis demonſtrat, quippe illud, potiſſimum ex ſuperiori regione Lumbari ad formæ Meſenterii inſtar profectum, circum circa a lateribus anguſtius, maximas ſenſim Inteſtinorum Craſſorum circumvolutiones continet, ita ut ſub Ventriculo integrum adhuc incidat; illæſumque, poſtquam Omenti Lamina

(ɛ) Marchette. Anat. C. IV.

na ſuperior ab ejus fundo reſecta fuit. Altera vero, inferior, ab externo coli tubo demiſſa, dum ſupra Inteſtina, priori ſacci in ſpeciem continuata, devolvitur, a Meſocoli ductu plane divertitur. Hoc ergo cum geminis inſtructum parietibus, cellulofa copulatis membrana, concernatur; vix ac ne vix quidem ſenſibus capi poteſt; qui folium illud interius Omenti ex ſimplici, ut ſuperius, fibrarum contextu, retis ſubtilis inſtar compoſitum, intra ſe Pancreas complecti queat. Ut adeo, ſatius merito ducatur, illud Meſocoli duplicaturæ vendicare.

§. VII.

Conſideratione noſtra in hactenus remotioribuſque Pancreatis verſata locis; ad veram magiſque propriam ejus indolem luſtrandam progredi, ordo præſcribit. Illa quantum adhuc oculis patet, talem præ ſe fert habitum, quo Pancreas merito in numero Glandularum Conglomeratarum, (α) ſecundum ſemel receptam SYLVII doctrinam, & quidem maxima putatur. Nemo Phyſiologorum, harum naturam ſpeciemque generatim intuens, inficiari poterit, illud ipſi nomen eſſe aſſignandum. Pancreati enim Corpus eſt ad tactum molle laxumque, (β) ſatis humidum, conſpicui ſplendoris, expoſiti coloris (§. III.) ex ſubcinerio (γ) in rubrum vergentis, albicantioris in medio, (δ) ſuperficiei utrimque accedentis ad planam, (Δ) ad oras ſenſim extenuatæ, in totum inæqualibus eminentiis (ε) intervalliſque exaſperatæ, infinita diffuſis varietate, totque referentibus globulos noduloſve, (ζ) qui in ſe duriuſculi ac rubelli, (η) fibro-

(α) Muſitan. Tom. 3. p. 337. Bonet Polyalthes Lib IV. cap. 37. p. 708. Boerh. in Opuſ. Anat. p. 27.
(β) Verheyen. Tract. 11. Cap. xv. de Graaf. p. 10.
(γ) Vieuſſens p. 211.
(δ) Riolan. Anthrop. Lib. 11. Cap. xvi.
(Δ) Winſlow. § 321.
(ε) Deuſing p. 53.
(ζ) Warthon Adenog. Cap. xiii.
(η) Idem. l. c.

broſiſque (θ) nexibus laxe cohærentes, conglomerationem formant, compagemque, minus firmam tenacemque & majori parciorive pinguedinis copia ſuperfuſam. Corpuſcula illa Sphærica, innumera, non æquæ cuncta magnitudinis, Glandulas nobis ſiſtunt Conglobatas, ita ut ex harum, in ſe parvularum, mirabili coacervatione in unam maſſam, ingentiſſima (ι) conffletur Glandula, cui omnes ſane Salivales ſimul collatæ magnitudine cedunt. Nec ipſa hic eximi poteſt Glandulofa Mammæ ſubſtantia, vel Diſcus proprie dictus, qui ſatis tenuis ac pellucidus, vix dimidiam molis Pancreaticæ partem æquans, craſſitiem ſuam præcipuam ab affuſo ſibi pingui ſortitur. Quibus omnibus allato Pancreatis ductu; manifeſto apparet, hoc jure ad laudatum Glandularum genus attinere.

§. VIII.

Priusquam autem interior Pancreatis fabrica rite indagari queat; quædam de generali Glandularum Syſtemate, miſſis omnibus de iis litibus, inter prioris ſeculi Medicos agitatis, prælibare neceſſum videtur. Primum quod Glandulas ſpectat Conglobatas, (α) definienda hæc ſunt corpuſcula, globoſa, vel ſubrotunda, rubella maximam partem, lævia, nitida, tumidula, diverſe magna, atque in ſe compacta. Omnium vaſculoſa caro (β) potiſſimum ex Arteriarum Venarumque ramificationibus, innumerabilibus, omnes in ordines majores minores, minimoſque diviſis, intricatiſſimis Anaſtomoſibus, glomerationibuſque inter ſe coactis, conſtare arte ſubtili injectoria eruitur. Quod ſi enim coloratum (γ) aliquod Glandulis hiſce impellitur Liquidum; unaquæque varios diſtenta per gradus, tandem ejus colore tam intenſe perfunditur, ut tota quam imple-

(θ) Muſitan. l. c.
(ι) Spiegel. Anat. pag. 254.
(α) Sylv. p. 23 § XXVI.
(β) Ruyſch. Epiſt. Anat. ad. Boerh p. 64
(γ) Idem. p. 65.

impletiſſima videatur, nulla ſuſpicione cavi alicujus (δ) muſcoſi factitii, vel folliculi ſubnaſcente. Duplex modo illarum diſcrimen venit memorandum, a diverſitate modi excretionis, quo humores ſuos ſecretos, quibus ſerviunt, evacuare ſolent. Scilicet, aliæ ſimplices, per Meſenterium diſperſæ, vel quæ alia plura corporis tenent loca, a Vaſis Lacteis vel Lymphaticis petitæ, hiſce, arteriarum more per eas diſtributis, ultimis vaſculis ſuis communicantes, immediate ſecretum fluidum ſuum, aquoſum, blandiſſimum, mobileque, infundunt, eoque Lactis vel Lymphæ tranſeuntis fluiditatem, actuoſitatem, atque virtutem incitant adaugentque. Hæ Conglobatarum ſpecies ſolitariae plerumque, Vagæ, non in magnum admodum conſidentes cumulum, variis plerumque intercapedinibus a ſe invicem disjectæ, notabili valde laxitate ſibi junguntur. Aliæ vero ſimplices etiam Glandulæ, a quarum concurſu & arctiori conſociatione Conglomeratæ exiſtunt, æque ac priores ex vaſculoſa fabricantur carne, at ultimis ſuis arteriis ſecretoriis in ejuſdem nominis abeunt Venas, quæ ex ſingulis progreſſæ, ſubtiliſſimæ, atque copioſiſſimæ, inter ſe confluentes ſenſim capaciores, paucioreſque tandem in unum, ex omnibus ampliſſimum, vel plures continuantur ductus, qui ex Glandulis ſuis egredientes propria elaboratos ſecretione humores, ad uſus actionum naturalium multiplices, expromunt. Præter hanc Conglobatarum claſſem, alia adhuc accedit, quæ ſimplices Malpighianæ, (ε) vel folliculi Glanduloſi vocati, poſt priorum diviſiones aptiſſimas, in ſcenam prodierunt. Hi, ſubſtantia quidem carnea, ex mirabili vaſorum contextu conſtructa, etiam induti, ſpatiolum vero tenuiſſima membranula, tanquam veſicula diviſum, atque diſcretum, in ſe recondunt, in quod circumpoſita ipſi fabrica vaſculoſa ope arteriolarum minimarum, ſecretionis defungentium officio, patentiumque oſculis ſuis, ſegregatos a maſſa ſanguinea humores deducit, oleoſi nomine Linimenti, vel unctuoſi, externa vi eliciendi expurgandique. Simplices iſtæ Mal-

(δ) Nuck. Adenog. p. 37.
(ε) Boerh. Ep. ad Ruyſch. p. 25.

Malpighianæ, e quibus celebris Inventor omnium Viſcerum (ε) Glandularumque Conglobatarum, Conglomeratarum ſtructuram intimam, acutiſſimo natam ingenio vindicare ſuſtinuit; omnium illarum partium compoſitionem minime efficientes, ea ſaltem obſident loca, quæ Aëris ferentia injurias, vel acrium fluidorum præterlabentium, bene ſemper munita atque inuncta continuum copioſorum humorum effluxum, tenuiumque haud ſibi expetunt. Ibi autem, ubi hic vita durante ex neceſſitate Naturæ jugiter evenit, provida illa ſalutis noſtræ Effectrix, continuata, & circumeundo alacriter ſanguini congrua, maxime vaſorum communi fabrica uti aſſueſcit; quemadmodum ex ſeria Viſcerum, Glandularumque, ac harum functionum, contemplatione, cuique probatur.

§. IX.

Ut modo glanduloſa Pancreatis natura, ad univerſalem Glandularum conglomeratarum formam (§. VIII.) compoſita, in ſe privatim diſpiciatur; expoſitio vaſorum, e quibus tota illa conficitur, proxime accedit. Principes inter illa Arteriæ, duplici & trunco Cœliacæ nempe atque Meſentericæ (α) ſuperioris primam ducunt originem. Illa æquali fere vel paulo majori altitudine (β) ac capacitate cum altera, ex ſiniſteriori (γ) Aortæ latere, nata eo loci ſtatim, quo hæc ex notabili, quod media inter ſe recipiunt (δ) Capita Diaphragmatis intervallo, tanquam porta (ε) ſub Peritonaeo exit in Abdomen, emiſſis prius utrimque duabus Diaphragmaticis, (ζ) mox a prin-

(ε) Idem p. 26. & ſeqq.
(α) Winſlow. Traite de Arteres §. 189.
(β) Marchette Anat. Cap. v.
(γ) Winſlow. ibid. §. 176.
(δ) Winſlow. ibid.
(ε) Alb. Hiſt. Muſcul. p. 299.
(ζ) Veſal. lib. 11. Tab. 7. ad Litt. q. Euſtach. Tab. xxv. Winſlow. ibid.

principio brevi radice, (η) vel ſimplici, vel jam ramoſa, Ventriculi nempe Coronaria (θ) Arteria, poſt in duos ſecatur ramos, dextrum (ι) ac ſiniſtrum. Ille, hoc anguſtior, ſenſim adſcendendo ſe incurvans ſupra (κ) Venam cavam, verſus Hepatis portas, concomitatu Portarum (λ) venae, commeat, ante quas, ſparſis prius Cyſticis (μ) geminis, bipartito (ν) illas ingreditur. Hoc in tranſitu ad dextram Ventriculi regionem ramos demittit ad hanc Gaſtricam (ξ) ſic dictam & (ο) Gaſtro-Epiploïcam, uti a ſuperiori inferiorique ad proximum (π) Pylorum. E quorum primo quidam ad Duodenum (ϱ) procedit, verſus hujus longitudinem (σ) a parte Pancreatis; a quo, uti a tertio proximam Pancreatis ſedem nonnulli petunt, per eamque poſt diviſi atque diverſimodi conjuncti. Altera (τ) grandior Arteria Lienalis ſiniſtrorſum deorſumque lata ſub ampliſſima ventriculi parte, (υ) ſiniſtraque Pancreatis, ab inferiori poſteriorique huic agglutinata, multos porrigit ramos, ibique ad ejus extremum Gaſtricam (φ) Arteriam, ſimiliter glandulæ proſpicientem, (χ) Gaſtro-Epiploicam ſiniſtram, Omentalemque, (ψ) qui-

(η) Winſlow. §. 176.
(θ) Idem § 177.
(ι) Veſal. p. 339. ad litt. T. X. p. 355. ad Litt. f.
(κ) Euſtach. Tab. xxv.
(λ) Winſlow. §. 182.
(μ) Idem. §. 187.
(ν) Gliſſon. de Hepate. C 29. F. 1.
(ξ) Heiſt, p. 158 Winſlow. §. 182.
(ο) Barth. Anat. refor. Lib. 11. p. 655.
(π) Winſlow. §. 185.
(ϱ) Idem. § 184.
(σ) Winſlow. §. 186.
(τ) Id. §. 177. Drelincourt. de lienoſ. p. 10. § 8. Barth. L. C.
(υ) Winſlow. §. 190.
(φ) Veſail p. 339. ad Litt. ζ.
(χ) Idem ad ε.
(ψ) Idem ad Litt. β. γ. Winſlow. §. 192.

quibus productis, undulato (ω) ductu ramoſa iterum mediam Lienis ſinuoſitatem ingreditur. Præter has arterias alia adhuc ab inferiori ſuperficiei radicis vel capitis Pancreatis huic a Meſenterica (a) ſuperiori accedit, qua cum prioribus mox communicante, hiſceque inter ſe, innumeris modis, inextricabilique nexu (b) illius viſceris arterioſa facies naſcitur.

§. X.

Arteriis Pancreaticis maximam partem generali more reſpondentes Venæ, anatomice ſpectatæ, majores pluresque, numero valde diſcrepantes, a Lienali (α) proveniunt, prope imum Pancreatis Limbum (β) ad ſuperiorem ductum Arteriæ ſimilis progrediente, eoque loci illi ita immerſa, ut per ſingularem ſulcum vel foſſulam (γ) deduci videatur. His a ſiniſtro ejus latere maximo decurrentibus omnem in ambitum; a dextro quæ appellunt, partim ex ipſo Venæ Portæ (δ) trunco, & quidem ab hujus ſurculo, prope Venas Cyſticas (ε) oriente, præcipue vadente ad Duodenum, hincque Duodena (ζ) appellata; partim a Vena Meſenterica vel a ſic dicta (η) Gaſtro-Colica ducuntur, cujus Venæ Meſentericæ ramus inſignis alter poſt ejus Dichotomiam ramulis quibuſdam verſus baſin Pancreatis contendit.

§. XI.

(ω) Ruyſch. Ep. 4. T. 4. F. 2. ad litt. α.
(a) Winſlow Traite du Bas-ventre §. 325.
(b) Ruyſch Theſ. max. p. 13.
(α) Euſtach. Tab. XXVII. Fig. 4. Winſlow Traite du Bas-ventre. §. 326.
(β) Idem. l. c
(γ) Verheyen Tract. II. Cap. XV.
(δ) Winſlow l. c.
(ε) Heiſt p. 161. Winſlow. Traite du Bas-ventre §. 239.
(ζ) Heiſt. eod. l. Winſlow. l. c.
(η) Winſlow. eod. l. §. 244.

§. XI.

Communia Nervorum paria Intercoſtale (α) ſcilicet & Vagum, (β) quæ e Thorace ad Spinam elapſa, variis prius Ganglionibus formatis, ramis ſuis per omnia Abdominalia ſe diffundunt Viſcera, quoſdam etiam ad Pancreas amandant. E quibus, qui huic adducuntur e regione Lienis atque Hepatis majorum Vaſorum curſum ſequuntur. Nervi hi, curioſius. inveſtigati, a diverſis trahuntur plexibus, quibus Intercoſtales cum Pari Octavo coaleſcunt. Hinc quidam Pancreatici a Jecoris proficiſcentes confiniis, a plexu Intercoſtalium Hepatico, (γ) qui a Splene, (δ) ab ejuſdem nominis, & qui ex Abdominis medio circa Lumborum altitudinem a Ganglio ſic dicto Semilunari (ε) Vieuſſenſii, ex quatuor portionibus e trunco Intercoſtali ſecundario, poſt egreſſum e Diaphragmate conjuncto, potioribuſque abdominalium partibus proſpiciente, atque a Meſenterico (ζ) Plexu proreptantes petantur. Omnes vero hi ſatis exiles ac teneri pro mole Pancreatis, huic dum ſe inſinuant ramoſiores, tam ſubtiles evadunt, ut mox viſum fugiant.

§. XII.

Aditus vaſorum ad Pancreas (§. IX. X. XI.) commodam nobis nunc præmonſtrat viam, quam proſequendo, ad cognitionem ejus ſubſtantiæ intimiorem, ſine longa circuitione, pertingere datur. Arteriæ nempe & Venæ, in principio inſignes ſatis atque rubicundæ, pro partis ratione, ſe invicem comi-

(α) Heiſt. p. 161.
(β) De Graaf. p. 12.
(γ) Winſlow. Traite du Bas-ventre §. 327.
(δ) Idem. l. c.
(ε) Euſtach. Tab. XVIII. & XIX.
(ζ) Winſlow. l. c.

comitantes, mirabilique concurſu quaqua verſum tendentes; in innumerabiles cedunt ramificationes, quæ ſenſim crebriores, exiliores, tenuioreſque ad omne ſpectabile Pancreatis (α) punctum penetrare videntur. Illa ramorum diviſio, abſque mora, præ ſubtilitate ſua, copia, conjunctione mirifica, in continuas ducta gyrationes, & profundiori paulatim greſſu, cito valde oculorum aciem deſtituit. In ſanguineis autem, Canibuſque, laqueo interemptis, externus ille apparatus vaſculoſus, rubicundiore utpote nitore diſtinctus, præcipue a majorum pellucidiorumque venarum turgeſcentia, diutius haud injucundæ ſpeculationi ſe exponit. Totus fere ille, per Membranæ Pancreatis tenuiſſimam texturam, ſe contuendum præbet, quippe ſub hac ſimplici, nec omnino dupla, internæque ſubſtantiæ Glanduloſæ filamentis ſubtiliſſimis innexa, concinnatus ſituſque deprehenditur. Ea vero, quæ omni excidunt aſpectu, ſi ratione perluſtrentur, ad generalem de diſtributione vaſorum per corpus doctrinam accommodata, multaque experimentorum confirmata fide; Arteriarum ordines, multitudine paulatim auctiores, in pares ſibi Venarum ſeries convertuntur. Unde hae, ab iis natæ, cum his, capacitate ac robore increſcentes, creberrimis Anaſtomoſibus, ad formam Pancreatis valde flexuoſis copiosiſque congrediantur, eſt neceſſe.

§. XIII.

Uſitatiſſima demum Artis noſtræ adminicula, a quibus hæc haud parum cepit incrementi, firmitatiſque, impletio ſcilicet apta atque Microſcopia ſubtilia, ſenſuum debilitati adhibita, intimam Pancreatis fabricam vaſculoſam nobis ob oculos ponunt. Quod ſi enim colorata materies rubra, ceracea, bene ſubacta, ad Glandulam hanc adigitur, leni quidem, at non interrupta vi, illa ob ſubſtantiæ laxitatem facile permeabilis, in

(α) Ruyſch. Th. x. N 93. Th. v. No. 19.

in totum incipit turgeſcere, omnem in partem tumere, extendi, magis magiſque irrubeſcere, ita ut inflammatoriam quaſi ſpeciem teſtetur. Minimæ, e quibus nata, Conglobatæ ſeorſim conſpectæ, grandiores evadunt, diſtractæ magis a ſe invicem, globoſæ, ac totius colore quam ſaturatiſſimæ; pro ut injectio felicius pleniuſque peragitur. Poſtquam ita omnia turgidiſſima reddita fuere, & tanta immiſſa fluidi copia, quæ amplius arteriorſum ſyſtema diſtendere occupareque nequeat; illud oblato majori in venoſo renixu, ex ductu communi, forma longe tenuiori, diſſoluta quaſi, dilutioriſque coloris, libere refluit. Intenſioris vero craſſioriſque aliis e venis liquidum revertitur, præcipue, ſi in principio fortius impellatur, quo hoc ab iis, utpote infirmioribus patentioribuſque, liberius receptum citius quoque refunditur. Quod ſi jam portio quædam ſic perfuſi Pancreatis ablata armato circumſpicitur oculo; illa intus uno quaſi rubore tincta apparet, præter fibrillas quam plurimas candeſcentes, quæ ſingulis interſperſæ globulis Glanduloſis, connexus cauſa, ſolidam naturam ſuam intactam oſtendunt. Præterea etiam haud obſcure cernere datur, qui ad unum quodque corpuſculum Conglobatæ ſimplicis, incerto quidem numero vaſcula, ante valde ramoſa, varioque reptatu divagantia pertineant, adeo ut unaquæque parvam veluti Pancreatis imaginem referat. Dum vero a majori cujuſque Emiſſarioli progreſſus aſſectari pergitur, ad ejus ortum pervenienti liquet, ex ſingula quoddam proficiſci, ita tamen ut certo affirmari non poſſit, an ſimplex, gemina, & plura emergant. Nec multum intereſſe videtur, an ultima fabricæ hujus ſubtilitas, in qua varium valde Naturæ ingenium ubique eluceſcit, ultra conſpicuam ſatis utilitatis rationem eruatur.

§. XIV.

Ex tradita Pancreatis ſtructura (§. XIII.) momenta certe quamplurima, haud parvi pendenda, in propria ejus actionis inveſti-

veſtigatione conſequuntur. Lucido enim apparet, informe (α) ac laxum hujus Glandulæ corpus, ex ordinatiſſimo Vaſorum contextu, licet mirum convoluto in modum, eſſe fabricatum. Arterias omnes, majores minoreſve, liberrimo inter ſe gaudere commercio, ſine originis ſuæ diſcrimine. Illas, quam ramoſiſſimas quamcunque adeuntes Conglobatam, per hanc ad immenſam ſe partiri exilitatem, cunctarum inter ſe etiam disjunctiſſimarum communicationes expedire copioſiſſimas, (β) & communi officio ſecretionis adſtringere. Iſtas vero non ſolum in quamplurima diſpeſci genera, ſenſim tenuiora, atque anguſtiora, mutua ſe excipientia continuatione, ſed etiam lateralibus ramis ſuis in ſimilia propagari Venoſa, non generali modo rationis uſu (§. XII.) ſed ipſa re aſſequenda. Bina hæc canaliculorum ſuorum congerie ineffabili, ac intricatiſſima, cum Nerveis fibrillis ſi non totam plane, tamen longe potiſſimam maximamque Carnis Glanduloſæ partem ſingularum Conglobatarum efformare. Duplicem, in his Venarum ab Arteriolis ſuis productarum, ſpectandum eſſe exitum, unum nempe univerſalem, in ampliores ſenſim ſanguiferas ſe terminantes ultimo, quæ capaciſſimæ tandem e Pancreate revertentes, truncos nominatos (§. X.) proferunt; alterum præcipuum & proprium illius muneri, in ductulorum initia tenerrima, innumerabilia anguſtiſſimaque, ex quibus, pari origini eorum modo, primum ex omni Pancreatis dimenſione procedentibus, breviſſimis coaleſcentibus ſpatiis, longiori incurſu paucioribus numero factis, mutua unione, & in capaciores continuatis, unus tandem ſic dictus *Pancreaticus Ductus* procreſcit.

§. XV.

Silentio quidem hic recte prætermitti poſſet celebre Syſtema Malpighianum, ſecundum quod Pancreatici ductus origo non

(α) Highm. Diſquiſ. Anat. Lib. I. Cap. VIII. Pſ. II.
(β) Boerh. in Ep. ad Ruyſch. p. 26.

non ab ultimis arteriolis, ſed a folliculis, unicuique Glandulæ Conglobatæ innatis, (§. VIII.) trahitur, cum harum verior conſtructio, ſuperius, quantum intererat, paucis (§. cit.) enucleata fuerit. Verum non a ſcopo noſtro uſuque aberit, ea paulo conſideratius excutere, quibus aſſertorum veritas omnibus dubiis, præjudiciisque eximatur. Cuncta, quibus communiri ſolet, laudati Auctoris opinio, argumenta, vel ab externa Glandularum forma, ex corpuſculis oblongis, vel ſubrotundis, leviter rubellis, folliculis ſpecie reſpondentibus, conflata, vel ab earum vitiis, vel forte a generali ſecretionis modo ſtatuto, accerſentur. Quoad primum; non abnegari poteſt, Pancreas ex conglobatione innumerabilium Glandularum ſimplicium, folliculoſis Malpighianis, rotunditate, carne, colore, ac magnitudine haud abſimilium, fingi. At quisque facile generatim animo præcipit, ſimilitudinem quandam non exhaurire propriam Naturam, hanc in ſe ab omnibus partibus eſſe circumſcriptam, internaſque ab externis incredibiliter diſcrepare. Si porro ſedes ejuſmodi folliculi inquiratur; hic inter finem arteriarum, & ductus principium interceptus eſſe fertur, ita ut ille amplior parum in hunc una propagatione educatur. Penitiſſime vero impleto Pancreate, nullibi vel veſtigia minima talis veſiculæ acutiſſimis oculis occurrunt, ſed continui vaſorum varii generis ductus. Nec eſt ſane, cur aliquis conjectura quadam inani inferre queat, folliculoſam illam ſtructuram vel præ ſumma exilitate, vel ob materiei injectæ craſſitiem, & ab hac ſummam omnium factam diſtenſionem, vel propter illius vacua non attacta, atque collapſa, vel abolita, viſum latere. Certe, ſi longe minores arteriolæ, quarum Myriades in cavum folliculi unum ingrediuntur, in aſpectum cadunt, illud hunc eludere non poſſet, & obliterato forte uno alterove inter tot millia, unum adhuc integrum ſervatum, ſua magnitudine, ipſa naturali impletione aucta, poſt tot tamque circumſpecte inita Experimenta, ſemel intentiſſimos in ſenſus, incurrere neceſſum putatur. Nullus enim tam longe a vero averſus eſſe poterit, qui temere aſſereret, cum fluidum impulſum e ductu refluat, illud non folliculi

fines

ſines permeaſſe; extra quos nullus ipſi reditus, ulla cogitatione comprehenditur. Dein ſerio dum expenduntur mutationes corporis noſtri, quas huic morbi vis infert; poſt longas obſtructiones, calculoſas concretiones, præternaturalesque diſtenſiones; quisque lubens aſſentietur, has tantum abeſſe, ut ſanarum partium perfectam ſtructuram prodeant, ut hanc contra obſcurent, & in totum evertant. Sic præterita hyeme contigit videre in cadavere virili, inteſtinorum inflammatione demortuo, magnam partem Proceſſus Falciformis, diverſisque in locis, præprimis ad limbum ejus inferiorem, oſſeam plane induiſſe duritiem, ſine ulla ſpectabili Cerebri depravatione. Nec tandem videtur in Conglobatis, vel Conglomeratis, folliculi præſentia ad uſus ſecretionis aliquid commodi, vel neceſſitatis præbere, cum non inſtrumentum, ſed potius receptaculum ſecretorum modo humorum cenſeri debeat. Ut ergo ex omnibus quam manifeſtiſſimum reddatur, traditum Ductus Pancreatis ortum, (§. præc.) a finibus Arterioſis, ſine intermedio quodam ſpatiolo membranaceo referri oportere.

§. XVI.

In ulteriori perluſtratione Ductus Pancreatici ad hujus pleniorem intellectum maxime intererit, ut hujus ſitus, forma, decurſus, inſertio, ac uſus, continua aptaque ſerie peragantur. Quotieſcunque in cadaveribus naturalis illius ductus exquiritur poſitus; hic ſemper per mediam longitudinalem Pancreatis exporrigi cernitur, ita ut, altera extremitate ſua (α) Lieni proxima, parum ſaltem ab ejus tenuiori margine, inferiori, ſuperiorique, & poſt verſus Duodenum (β) tendendo, magis ab iis remotus jaceat, utpote ampliori carni Glanduloſæ interſertus. In toto hoc itinere non lineo ncedit recta, ſed curvis quibuſdam ſurſum deorſumque flectitur, quibus aliqua ratione Ser-

(α) Winſlow. Trait. du Bas-Ventre §. 321.
(β) Warthon. Adenog. Cap. XIII.

Serpentinus (γ) ipſi *Curſus* tribuitur, qui ad Duodeni parietes reſpectu ejus initii notabili obliquitate deſcendit. Emiſſarium vero alterum Pancreatis minoris (§. IV.) recta utcunque ſecundum Duodeni (δ) curvaturam aſſurgit, ita ut cum priori conjunctum inſignem angulum ex averſo Inteſtini conſtituat. Utrumque ab initio ad uſque exitum, multi appropinquant, tenues, (ε) pellucidi, atque candeſcentes tubuli, qui non longe a lateribus venientes ramoſi, mox ſimplices oblique parum, communi ductui (ζ) implantantur. Omnes, pro increſcente Pancreatis mole, ſenſim evadunt majores atque ſpectabiliores, hincque ſubtiliſſimi Lienis regionem reſpiciunt, & maximi, pro ratione partis, Duodeni. Omnibus de his inſuper tenere oportet, quo ſitus Ductus Pancreatici omnium exactiſſime appareat, ramos illos laterales ſub uno plano ſibi eſſe adſitos, in erecto homine maxime inclinato, æquabilibus ſatis intervallis, adeo ut recte folia (η) Filicis æmulari dicantur, quatenus in iis, imperato bene ordine, Coſtæ ab utroque Petioli, per medium folii procedentis, latere enaſci, vel huic increſcere videntur. Nec ſolum hic ſimilitudo ferri poteſt a ramulorum utrimque excreſcentium ordinato valde ſitu, magnitudine, diverſaque Diametro, quæ nempe in extremo ſiniſtro Pancreatis perquam anguſta, dein ad dextrum progrediendo, ſat magnam capacitatem ſortitur, qua in homine pennam anſerinam mediocrem, vel calamum ſcriptorium (θ) minorem, ut & in Canibus, Ovibus, &c. in Vaccis vero digitum (ι) auricularem facile recipit. Ex quibus cunctis ergo liquido apparet, Ductum Pancreaticum ratione originis, decurſus, incrementi, officii, nec non ſubſtantiæ ſuæ, Venæ admodum reſpon-

(γ) Ruyſch. Th. VIII. p. 23.
(δ) Winſlow. §. 324.
(ε) Ruyſch. cat. rar. p. 183 & 184.
(ζ) Winſlow. l. c.
(η) Idem §. 321.
(θ) De Graaf p. 13.
(ι) Swalve p. 44.

reſpondere, ejuſque ſpecie quadam ante Inventorem ſuum WIRZUNGUM aliis imponere (κ) potuiſſe; licet fortior paulo illa, maxime in proximitate Duodeni, mediam fere virtutem inter Venam atque Arteriam obtineat, nec ut illa rubrum colorem ex magnitudine ſua neceſſario præ ſe ferat, ſed albicantem nitidumque. Conſtitutum tali modo Emiſſarium hoc quatuor a Pyloro digitis (λ) plerumque Duodenum ingreditur, coalitum ut plurimum ante cum canali Choledocho, (μ) qui tum communis non ſolum utriuſque Biliarii ſed etiam Pancreatici, primum inter membranas ejus ad pollicis fere tranſverſi longitudinem proſerpens, demum deflexis tunicis ſuis, iis continuatus, notabili orificio prominulo, & inſtar umbilici (ν) vel carunculae elevatum, ob ductus extuberationem, in Inteſtini cavitatem patet, ſucci ſui ibi jugiter infundendi cauſa.

§. XVII.

Non eadem ubique in omnibus Ductus Pancreatici facies ſeſe oſtendit, & non raro tam in Hominibus, quam præprimis in animalibus, numero ſuo ac exitu, a more naturali (§. XVI.) valde abludit. Ita inter Anatomicos conſtat de binis (α) ductibus, in cadaveribus humanis clare detectis, ſibique invicem per totam Pancreatis (ϐ) longitudinem proxime ſuperimpoſitis, vel mutua in ſe apertione, vel nulla. Longe autem frequentius duplex inventus in Volucrum genere fuit; quemadmodum in Anſeribus, (γ) Anatibus, aliiſque quam plurimis, inter quas tamen non nullæ etiam tres (δ) imo quatuor (ε) obtinere

(κ) De Graaf p. 13.
(λ) Idem. p 19.
(μ) Warth. p. 72.
(ν) De Graaf p. 20.
(α) Ruyſch. dilucid. Valer. obſ. XII. Blaſ. obſ. Med. p. 57.
(ϐ) Winſlow. Traite du Bas-Ventre §. 328.
(γ) De Graaf. p. 17.
(δ) Idem l. c.
(ε) Maurit. Hoffm.

tinere ſolent, variæ magnitudinis atque diſcrepantis decurſus, ad quem tum diverſo etiam modo illorum ductuum egreſſus in diſtincta inteſtini loca accommodatur. In pleriſque quidem animalibus Pancreatis Emiſſarium utrumque majus minuſve (§. XVI.) uno oſtio cum Choledocho (ζ) gaudet. Verum circa eorum coalitionem aliquando varietates nonnullæ incidunt, ita ut vel multum ante inſertionem ſuam duobus digitis tranſverſis conveniant; v. g. in (η) Ove, vel alter minor mox ſub prioribus Duodenum ſubeat, vel uſitatius ſtatim ante finem. Aliis autem in Brutis, uti in Leporibus, (θ) Canibus, Porcis, Bobus, Vitulis, diverſisque (ι) Avibus, diſtincti manentes ductus, ſeorſim etiam aperturas ſuas magis minusve alte ſub (κ) Choledocho evadentes demonſtrant, adeo ut ad inteſtinum Jejunum pertineant. Nec deſunt obſervationes de Piſcibus, videlicet, de Carpionibus, (λ) Barbis, (μ) atque nonnullis aliis animantibus, quibus Ductus Pancreaticus ſtatim ipſi Ventriculo inſinuatur; cum in aliis ejus loco magni multique deprehendantur ſinus, inſigniori orificio (ν) in inteſtinum ſpectantes. Ex quibus forte haud immerito colligere licet, non multum momenti afferre functioni Pancreatis, vel damni hujus officio, quod tam diverſo modo multiplex illius ductus fingatur; ſi ſaltem hic commoda via ad determinatam inteſtini ſui partem perveniat. Quam ob cauſam quoque apta illa Pancreati, quam tenet, conceſſa eſt ſedes, qua tuto ſub forma longi & applanati Viſceris, ob loci anguſtiam, Inteſtini proximi regionem contingere, eique ſuccum ſuum infundere poteſt.

§. XVIII.

(ζ) Bohn. Circ. Anat. Progymn. x. p. 155.
(η) Idem l. c. de Graaf. p. 19.
(θ) Idem. l. c.
(ι) De Graaf. p. 17.
(κ) Highmor. p. 46.
(λ) Vieuſſen. p. 212.
(μ) De Graaf. p. 19.
(ν) Morgagn. Ep. 3. §. 35. de Graaf. l. c.

§. XVIII.

Fluidum, jam jam memoratum, cujus excretione ductus Pancreaticus fungitur, a mirabili ejus textura Glanduloſa (§. XII. & XIII.) promanare, nemo in dubium ducet. At majoribus circumfuſa eſſe videtur tenebris ratio, qua ille generetur humor, cum in hac reddenda tam incredibiliter diffidant Auctorum ſenſa, ut hæc vix animus aſſequi poſſit. Alii enim omnem humorum ſecretionem e maſſa ſanguinea in Viſceribus ab ingenitis hiſce trahunt fermentis; alii ad ſingulares reſpiciunt præcipitationes; aliique rem ſpecie percolationis, cribrationis, filtrationis, & neſcio quam miris aliis modis perfici, autumant. Miſſis his, tanquam vanis commentis, & diu multumque jam exploſis; noſtrum erit, breviter expendere, quo ſimplici Artificio Natura negotium illud exſequatur. Hujus autem rite cognoſcendi cauſſa; neceſſe eſt quaſdam generales certaſque præmittere veritates Phyſiologicas, quibus nitendo, ad propoſitum finem facile pervenitur. Scilicet novimus, (a) ſanguinem omnium humorum, in corpore humano vel ſeparatione vel ſecretione provenientium, fontem eſſe univerſalem; (b) hunc, nulla acrimoniæ labe contaminatum, ſumma ubique gaudere blanditie; (c) fluidum illud Vitale valde mobile exiſtere, & reliquorum inſtar, ex Sphærulis innumeris variæ magnitudinis conſtare; (d) has inter ſe mutuo & ſingulas in ſe vi quadam cohærere, levi tamen opere diſſolvenda; (e) poſſe eo ſanguinem ita attenuari, ut ſenſim per ſubtiliſſima tranare vaſa queat, diviſus in Serum, Lympham, & ſubtiliora liquida; (f) hac diviſione globulorum majorum in minores paulatim etiam colorem ejus ex inſigni rubore converti in flavum & limpidum, demumque in plane nullum; (g) cuncta hæc fluida, in corde & primi ordinis arteriis in unam maſſam homogeneam eſſe commixta, & poſt in ſequentibus illarum ſeriebus ſubtilioribus, anguſtioribuſque, pro diametrorum decremento & parvitate, reddi tenuiora, diviſis il-

lorum particulis Sphæricis, ab impulſu in ramulos laterales arterioſos exiliores, non prætereundos; (h) hac mechanica vi naturaliter peragi humorum ſeparationem a ſe invicem, accedente in ſecretione alia, ipſo quidem effectu, at nulla ratione comperta. Quod ſi modo pauca hæc momenta ad ſcopum noſtrum conferamus; haud obſcure cognoſcitur, qui humor Pancreaticus, tanquam ſubtilior ſanguinis lympha, a Glandula ſua redundet. Scilicet dum ſanguis arteriis advectus (§. IX.) & deſcriptis præditus dotibus in Pancreas ruit, per hujus admirandam fabricam vaſculoſam inſigni virtute proximi Cordis, Aortæ, Arteriarumque ipſi propriarum trajicitur. Hoc in itinere per tantas Vaſorum conglomerationes, diviſiones, decreſcenteſque ordines ſtrenue actus, ſenſim tenuior, ſubtilior, diſſolutior, fluidior, mobiliorque redditus, ad ultimas demum minimas arterias appellit, a quibus, penetrantiſſima ac liquidiſſima parte receptus, excluſa craſſiori, in Venoſa Ductus Pancreatici principia, ſicque porro in ipſum hujus truncum deducitur, e quo tunc motu Cordis, Arteriarum propriarum, (§. IX.) aliarumque Pancreas perreptantium, Aortæ ſtatim ſubjectæ, continua Ventriculi actione, præcipue intumeſcentis, perpetua contractione, ac laxatione, urgentis Septi Tranſverſi in reſpiratione, & muſculorum abdominalium, novique tandem ſeparati humoris jugi affluxu in Duodenum effunditur, ad quod ipſe acceſſum nactus liberrimum, refluxu autem inſertione Ductus (§. XVI.) non ineleganter illi Ureterum comparanda, ſine alio obice Valvulæ (α) alicujus, falſe hic poſito, prohibetur. Omnis autem ſanguis Pancreatis non hujus abit in ſuccum, ſed longe maxima ejus portio per ordinarios Venarum curſus in Venam Portarum proxime reducta, communi periodo reſtituitur; dum alia quoque ad ipſius Glandulæ neceſſariam ſuſtentationem atque tranſpirationem diſtribuitur.

§. XIX.

(α) Bart. Anat. Refor. Cap. XIII. Highmor. l. c.

§. XIX.

Lympha Pancreatis ſic nata (§. XVIII.) ſine ulla temporis intermiſſione in præfinitam Duodeni regionem (§. XVII.) depluere ſolet. Notabilis hicce effectus in primæ coctionis officina, partim continua cauſæ ſuæ actione, partim innumeris, ſeduloque captis confirmatur experimentis. Quo ad prioris rationem; hæc tradito ex modo, quo Lympha Pancreatica e ſanguine depromitur, perſpicue jam eluxit. Hic nempe continuo novus perenni actione Cordis atque Arteriarum ad Pancreas propellitur; quemadmodum ad alias corporis partes. Propulſio hæc, quæ ſemper viget, quamdiu humores libera gaudent circuitione, in continuatis ſibi canalibus arterioſis, facile permeabilibus, obtinet. Hinc ſanguis & ab eo exiſtentia fluida ſubtiliora, ſine ceſſatione ad poſtrema pertingunt vaſcala, quæ Lympham Pancreaticam a reliquis ſegregare aſſueſcunt. Separatio jam iis jugiter facta, abſque ulla mora etiam ipſius progreſſum ad excretionem excipiat, neceſſe eſt, cum vires, hanc perpetuo provehentes, nunquam remittant, (§. XVIII.) & in origine ulteriorique decurſu Ductus Pancreatici (§. XIII-XIV.) nihil offendatur, quod aliquid impedimenti objicere queat. Venæ hic nullæ valvulis intercluduntur, nec ampullis folliculoſis ſuccus Pancreaticus cunctationem recipere poteſt; quod neceſſario fieret, ſi iis in Pancreate locus daretur. Verum ei noxiæ tardationi caute proſpectum fuit, illas e Glandularum fabrica eximendo, quæ ſine iis adhuc ſatis obnoxia obſtructionibus, vix ab his vindicari poſſet; ſi ullibi in illa notabiles humorum ſtagnationes, atque ab his orientes illorum incraſſationes concretioneſque pravæ naturaliter evenirent. Omnibus his ſi accedant experimenta, in canibus operoſe inſtituta, quibus perpetuo Lymphæ Pancreaticæ ſtillicidium ipſis patuit oculis (α); illud qui inficiari poſſit, arbitramur neminem. Eadem quidem tam manifeſte conſpecta in homine fuiſſe, quam in aliis animalibus

 dome-

(α) De Graaf de Suc. Pancreat.

domeſticis, nunquam contigit ulli. Verum cum horum Pancreaticus Ductus, æque ac hominis, Inteſtinum introëat, & in utriſque ipſius Glandulæ habitus ac ſtructura eandem certe actionis teſtentur naturam; nihil ſane impedire videtur, quo minus cogniti unius effectus alteri quoque attribuantur. Ex quibus porro clare animo deprehenditur, quam inſigni omnino copia ſuccus Pancreaticus in Duodenum fundi debeat, tum ob cauſas illas quam plurimas, ſemper actuoſas quæ illius ſegregationi a ſanguine, & ulteriori propulſationi miniſtrant (§. præc.); tum ob ipſius Pancreatis molem (§. V.) & hujus Ductus amplitudinem (§. XVI.). In canibus ſubducta quantitatis ratio intra octo horas a Drachmis (α) duabus, tribus, quatuor, ad unciam unam adſcendiſſe obſervata fuit, cujus ſupputationis vi, ad pondus hominis tanto majus relata, cognoſcitur longe plus illius humoris in eo ad fiſtulam inteſtinalem deferri, nempe intra viginti quatuor horas non multo minus quam Libras (β) tres. Atque ſi curatius magnitudo Pancreatis ad omnium Salivalium conglomeratarum maſſam revocatur, quæ ad minimum tres uncias levior æſtimatur quam, illa; & tamen intra viginti quatuor horas duodecim uncias (γ) reddit Salivæ: clariſſime conſpicitur, quam longe major vis ſucci Pancreatici in Duodenum derivetur, quam quidem Salivæ in os, & quo jure, conſiderata utriuſque humoris indole, perſpectaque hujus convenientia, Pancreas maxima Glandularum ſalivalium Abdominis dici poſſit. Præterea quod hic attinent Piſces, quibus totus fere venter (δ) Pancreatibus incerto numero repletur; ab his adhuc priori de cauſa largius copioſiusque fluere debet ſuccus Pancreaticus, quam ab humano, licet ejus quantitas exacte ſtatui nequeat.

§. XX.

(α) De Graaf. p. 65.
(β) Boerh. de Virib. Medic p. 111 Cl. II Cap. III.
(γ) Boerh. l. c. & in Praelect. Acad. Tom. I. p. 454.
(δ) Morgagn. Ep. XIV. §. 33.

§. XX.

Priusquam poſtremum recte exquiri ratio queat, qua adducta fuit Natura, ut tam copioſe jugiterque, Lympham Pancreaticam in Duodenum devehat; ejus indoles breviter erit perſtringenda. Hæc omni ferme dote ſalivæ congruit, tam proprietatibus externis quam internis ſenſibilibus. Illa enim uti hæc nulla imbuta ſapore niſi leviſſime ſalſo, eo copioſam aquoſitatem abunde declarat. Sane hæc reliqua ejus principia, Oleum nempe, Sal ac Terram longe maxima exſuperat parte, ita ut ea avocata parum de ſucco Pancreatico retineatur. Unde tam ejus fluiditas, quam limpidus valde color, quam diu aliarum particularum purus habetur, emergunt, æque ac ipſius ſalivæ, recenter ſalientis. Aliter hæc dum jam ore detinetur, ob continuam quam fert agitationem ac commiſtionem cum aëre ſubito in ſpumam convertitur. Ex quibus ſponte lucet, duplex potiſſima ſalivæ Pancreaticæ virtus, ſcilicet diluendi ac leniter diſſolvendi. Qua propter illam eximio valde uſu in Chylificatione inchoata valere debere, ab omni parte clariſſime intelligitur. Dum enim Chylus e Ventriculi cavo in Duodenum depellitur, ille adhuc ſat ſpiſſus, multis ſcatet particulis, nondum probe ſubactis ac diſſolutis, ingeſtorum redolentibus naturam, præprimis ſi hæc nimis fuerint oleoſa vel tenacia, ut vi ventriculi ejusque humoris nec non ſalivæ in totum peragi renuant. Quapropter ille non ſatis adhuc elaboratus anguſtiſſimas illas haud emetiri poteſt vias, quibus ei tranſitus in ſanguinem eſt apertus. Hinc in primo ejus influxu in Duodenum triplicibus ſtatim perfunditur humoribus, videlicet duplici ſic dicta Bile, Cyſtica vera & Hepatica, ſucco Pancreatico, qui iis mox permiſtus, perinſigni copia ſua (§. præc.) Chylum multo reddit dilutiorem, fluidiorem, mobilioremque, ut & Bilem Cyſticam, ſaponem omnium efficaciſſimum in corpore humano, juſto prius tenaciorem, atque amariorem. Unde tunc hæc actuoſior facta ſimulque temperatior, omnia in Chy-

lo indiſſoluta relicta magis attenuat, evolvit, oleoſa aquoſis miſcibilia efficit, omnem exſuperabilem acrimoniam mitigat, ſicque rurſus ſucco Pancreatico ingreſſum in intimam Chyli ſubſtantiam recludit. Hæc tali modo tot blandis ac bene penetrantibus quaſi inundata liquidis magisque perfecta, ad illam fluiditatem blanditiemque redigitur, ut commode ſubtilia vaſorum Lacteorum oſcula & principia Venarum Meſentericarum ſubintrare, ſanguinique novam regenerationis materiem præbere poſſit. Cunctæ hæ, notatu digniſſimæ Chylificationis mutantioes, quæ ei in Duodeno ab affluxu Succi Pancreatici & utriuſque Bilis accidunt, leni ſaltem ac ſuavi æquabilique peragi motu ſolent, ita ut nulli tumultus, Ebullitiones, Fermentationes, vel Efferveſcentiæ ſuboriantur. Dolendum certe, tam multos Viros in hac actione minus ſtudioſe ad veras Naturæ operationes perveſtigandas, quam ad ingenii ſui figmenta excolenda, atque ornanda incubuiſſe, quibus incredibiles fere errores conceperunt. In his ſi minimum ſaltem veri inforet, ſanitas ac Vita humana omni momento in ſummum diſcrimen neceſſario abduceretur. Pertinet huc præcipue celebris illa ſententia Sylviana, (α) ejuſque aſſertorum, (ϐ) ad quam clarus ille Auctor totam Medicinam ſuam contorſit, de fervido conflictu, oriente ex confluxu Succi Pancreatici Acidi & Bilis Alcaleſcentis. Non Animus eſt, dedito ſtudio, hanc quæſtionem hic late diſcutere, cum jam dudum nemo fuerit Phyſiologus, nec noſtra ſit memoria, qui illam non exiſtimet dignam, quæ ex Oeconomia Animali proſcribatur. Præterea illa ipſa a tot tamque variis Eruditis tam ponderoſis gravibuſqne fracta argumentis fuit, ut a Juvenili animo fortiora, firmiora, exquiſitioraque, in medium proferri nequeant. Nec multum e re noſtra fore cenſemus, alios perplures perſe-

qui

(α) Sylv. inſtit. Med. Cap. VII. Prax. Med. Lib. I. Cap. XI.

(β) De Graaf de Succo Pancreat. Cap. V. Swalve. Pracreas pancr p. 84. Schuyl. pro Vet. Med p. 94. Muſitan. Tom. 3. Cap. LX. p. 337. Diemerbroek. Lib. I. Cap. 9.

qui Pancreatis uſus, a Veteribus Poſterioribuſque haud paucis partim ad ſpeciem egregie fictos, partim inſcite & rudi admodum propoſitos Minerva; cum nobis ſufficiat, tractaſſe de Vero, in cujus cognitione ſaltem intellectus Suaviter conquieſcit.

F I N I S.



NOBILISSIMO atque ERUDITISSIMO

VIRO JUVENI

PHILIPPO D'ORVILLE,

Cum in Doctorum numero adſcriberetur.

DORVILLI noſtros non ultimus inter Amicos,
Accipe nunc animæ vota precesque meæ.
Ergo poſt multas curas longosque labores,
Accipis Ingenio præmia juſta tuo.
Sic tua commeruit Virtus, ſic Nobilis Ardor,
Plurimaque in ſtudiis tempora trita bonis.
En, jam pro meritis doctorum turba virorum
Imponit Capiti Laurea ſerta tuo.
Applaudit Titulis de celſo lætus Olympo
Phoebus, & Aonii turba novena Jugi.
Nos quoque gaviſi partos gratamur honores,
Quos tibi dat proprio Pallas amica manu.

Ex amicitia hæc raptim cecinit

L. REYERS, J. U. S.

Als

Der

HOCHEDLE HERR

PHILIPPUS D'ORVILLE,

Die höchſte Würde in der Artzeney-Kunſt růmlichſt erhielte.

Sieh hier / Geſchätzter Freund! was Pflicht und Liebe kan /
Desſelben Regung mich ſo innig jetzt beſeelet/
Da unſre Kunſt Dich heut zu ihren Meiſtern zählet/
Als nähm ich ſelbſt aufs neu dieſelbe Würde an.
Wie würdig führt man Dich hierzu als Mitglied ein?
Das nicht allein die Zahl derſelbigen vermehret;
Nein / ſondern ihrem Glantz ein neues Licht gewähret;
So bald ſein Sitz und Lauf nach Wunſch gegründet ſeyn.
Die Thorheit ſtelt das Glük in allem oben an.
Verſtand und Witz muß oft auch ſeinem Anſehn weichen.
Allein man mag es wohl den Göttern ſelbſt vergleichen.
Vernunft und Ubung lehrt / was Krancke heilen kan.
Du haſt den Grund gelegt zu vieler Menſchen Heyl.
Und weiter geh ich nicht auf höhre Ehren-Bühnen/
Worauff Dein Nahm und Stam durch Schwerd und Feder grünen.
Genug! Dein Purpur giebt Dir hier auch Deinen Theil.
Wohlan der Himmel ſteh Dir ſtets in allem bey /
Und laſſe bald durch Dich viel Leidende geneſen.
Wirſtu dan mit der Zeit was ſchönes Dir erleſen;
So wünſche daß dadurch Dein Glük volkommen ſey.

L. B. HABER / Med. Doct.

F TER

TER BEVORDERING

VAN DEN WEL EDELE HEER

PHILIPPUS D'ORVILLE,

Tot Doctor in de Geneeskunde.

Dus loont en kroont de Kunſt hen, die naar kennis dingen;
Die ſtaag in d'Artzenye hun tyd en vlyt beſteen:
Die dringen in 't geheym van veel verborgentheen:
En zoeken hylzaam kruid voor kranke ſtervelingen.

Dus kroont Apoll myn Vriend, die door zyn oeffeningen
Het wonderbaar gewrocht, den menſch, van top tot teen
Nauwkeurig onderzogt, ja kunſtig weet te ontleen;
Hem zoekt door Artzenye een vroege dood te ontwringen.

Vaar voort d'ORVILLE d'eer van uw vermaard geſlacht
Van Helden in het Koor van Pallas hoog geacht!
Vernuften, op wier deugd onze Y ſtad roem zal dragen.

De kranke, die vol angſt voor Atrops ſchaar ſteeds beeft,
Wacht thans, dat Gy op nieuw haar 't lieve leven geeft,
Waar door de Faam eerlang zal van uw lof gewagen.

JOAN ONDER DE LINDEN,

J. Ctus.

TER

TER INHULDIGING
VAN DEN
HEERE
PHILIPPUS D'ORVILLE,
Tot der Medicynen Doctor.

'T Bataefſſch Atheen , beroemt , bekent
Door Wysheit kweekende verſtanden ,
Tot aen het wyde Waerelds endt
Het Sieraed van de vrye Landen ;
Wykt niet in Wetenſchap en Lof,
Voor het aeloude Roomſche Hof.

Bekoort door 't ſchoon der blanke Deugd
D' Orville trof die Lof uw' zinnen ,
In 't prilſte van uw' teed're jeugd
Gevoelt ge een ſterke drift van binnen ,
Om langs het ſpoor der Wyze rêen
In Pallas Heiligdom te trêen

Daer heeft de Taelkunde uwen geeſt
In 't eerſt verrykt met ſchoone gaeven ,
En was toen 't doelwit aldermeeſt
Van uwen arbeidt , en uw ſlaeven ,
Tot dat gy , wars van ziftery
Verkoos het zoet der *Artzeny*

Ge-

Genoopt door Febus les en raet
Geeft gy gehoor aen 't recht verklaeren ,
Hoe men in ziekte en zwakken ſtaet,
Den menſch by 't leven kan bewaeren;
Een raet , die trooſt geeft in den druk,
En Lyd'ren ſterkt in 't ongeluk.

Tree toe dan Vriend, zoo hoog verlicht,
En wilt met heilzaeme Artzenyen
Van ſmert en wedom's zwaer gewicht
De zwakken helpen en bevryen :
Tree toe, en red door kruiden kracht
Het leven uyt de doot haer macht!

Zoo zien we een' gulden daegeraet
Verreizen uit uwe ochtend kimmen,
Zoo zien de zieken tot haer baet
Een heuchelyke heilzon klimmen ,
Die hun met hellen glans beſtraelt,
Waer door haer borſt wêer adem haelt.

JAN DE BAS.

J. U. D.

TER INWYDINGE

VAN DEN HEERE

PHILIPPUS D'ORVILLE,

Tot Leeraar der Geneeskunſt.

Laat ik, laat ik, nu ge uwe hairen
Van onverwelkbre Lauwre bladêren,
D'ORVILLE, ziet een' krans bereit;
Nu, na veel arbeits, na veel ploegens, zweten, waken,
Gy komt 't gewenſchte wit te raken;
Nu gy tot Leeraar wort van Febus kunſt gewyt;

Laat ik, nu 't puik der Jongelingen
't Eene eer zich acht u toe te zingen;
Nu blydſchap ſtaat by elk ten toon;
Nu Leidens Hogeſchool alleen maar ſchynt te treuren,
Wyl zy u van haar af ziet ſcheuren;
En roept, ,, Ach! miſſe ik dan myn' Lieveling, myn' Zoon!

Laat ik, (ai! wil het tog gehengen!)
Myn vreugt met aller vreugde mengen.
Ik zal, al ben ik 't minſt bequaam
Uw oor te ſtrelen door de klank van myne dichten,
Ten minſten, aan de Vrientſchaps pligten
Voldoende, om deze rêen u weſen aangenaam:

Want

Want ſchoon een ſlaeuwe toorts moet wyken
Zo lang Diana ſtaat te pryken ,
Ze is nogtans in de duiſternis
Van nut , en licht ons voor op akelige wegen:
De dauw verkwikt zo wel als regen
Het velt , wanneer 't door hitte en droogte dorſtig is.

Maar hoe! daar ik my ga bereiden
Om in verdienden lof te weiden ,
Ontvalt de pen myn hant , die beeft
En weigert haren dienſt in 't geen ik wil beginnen!
Een dikke nevel dekt myn zinnen ,
En dooft myn' geeſt ! Wie is 't , die myne drift wêer ſtreeſt?

Wie doet zo ſchielyk haar verflaeuwen?
't Is Febus , dien 'k my toe hoor graeuwen ,
Daar by my overdwars aanſchout ;
,, *Wie heeft D'ORVILLE's lof te zingen u geboden?*
,, *Of heeft Volmaaktheit kunſt van noden?*
,, *Of geeft vergulſel glans en luiſter aan het gout?*

J. BILDERDYK,

Med. Cand.